

1524. i. 10. Junij

119

Andreas Cricius episcopus Premi:
sliensis, Petro Tomicio episcopo Craco:
viensi et Posnaniensi, regni Poloniae
vicecancellario.

38

Reverendissime in Christo pater, domine mi:
colendissime. Veni huc hesterno die summo
honore, et conductus à domino Betznensi, et
à domino marechalio ac universa nobilitate
exceptus, inveni hic certiores de hostibus rumo:
res, quibus adducti omnes, mittunt hunc nun:
tium ad maiestatem regiam, meque impensè
rogarunt, ut et maiestati suae, et vestrae reve:
rendissime dominationi scriberem, pro eisque,
ut imminenti discrimini succurreretur, interce:
derem. Mi reverendissime domine, etsi sciam
nos in his esse angustiis, ut nullus sit con:
siliū locus, praesertim cum unicuique quod libet,
licet; tamen ut petentibus morem gererem,
scripsi aliquanto libentius maiestati regiae, quod
omnium est desiderium, et supplico reverendis:
sime dominationi vestrae omnium nomine, ope:
ram facere dignetur apud maiestatem suam, ne
hanc florentissimam regni sui partem, vel sac:
tum potius, tam turpiter perditari, et hostibus
in praedam exponi patiatur. Habent hanc omnes
confidentiam de vestra dominatione reverendissi:
ma, cui supplico etiam, ut cum aliquando scri:
bere dignabitur, domino Betznensi et domino

mare:

mareschalco declararet, quam illi acceptus sit
is honor, mihi per illos exhibitus. Et com-
mendo me humiliter reverendissime domina-
tioni vestre, uti domino et benefactori meo
perpetuo. Premissa die Veneris, decima Ju-
ni, anno Domini millesimo quingentesi-
mo vigesimo quarto.